

# A CONSTANTINI IMPERATORIS ORATIO, QUAM AD SANCTORVM COETVM PERSCRIPSIT.

*Ad hanc orationem refer eosdem auctores illos, quos supra adnotauimus ad Eusebii lib. 7. 8. 9. & 10.*

*Prooemium Paschæ mentionem facit, & quòd Deus cum varijs vjs omnium commodis  
consuluisse, ipsi, ab ijs, qui beneficijs eius affecti erant, insidie  
structæ sunt. CAPVT I.*



**S**ALVTARIS dies festus Paschatis, qui est velut clarissimum diei & so-  
lis lumen, primordium resurrectionis vniuersæ carnis, noua corpo-  
rum iam olim miserijs afflictatorum coagmentatio, pignus promissio-  
nis, & semita ad æternam vitam deducens, nobis (charissimi Eccle-  
siæ præfides, reliquique omnes amici, \* vosque frequentes ac beatæ re-  
ligiosorum multitudines, qui ipsum Deum religionis authorem, tum  
intimis animi cuiusque sensibus tum expressis vocum præconijs secundum ea, quæ  
prophetarum oraculis prædicta sunt, sine intermissione celebratis) nobis inquam ad-  
est, ad sanctè augusteque celebrandum. Tu natura omnium parens, quid vnquam tale  
ad mundi vtilitatem contulisti? omninò verò, quod, aut quale tuum est opificium?  
Siquidem, qui est author omnium, etiam vt tu f sis, author fuit. Iste quoque te orna-  
uit: quippe naturæ decus est, vita ex naturæ regula instituta. Quæ autem contra \* natu-  
ram fiunt, efficiunt vt nemo Deum omnium fabricatorem auguste decenterque co-  
lat: quin potius existimet, omnia non diuina prouidentia, sed fortuito, temerè & in-  
consideratè regi. Et quanquam prophætæ (quibus certè fides adhiberi debet) diuini nu-  
minis afflatu istas res ita euenturas sigillatim prædixerunt: tamen iniquus dæmon im-  
pieratis amicus, omnibus (vt dicitur) viribus opibusque restitit: à quo, tum vt lux veri-  
tatis maleuola obrectatione obscuraretur, tum errorum tenebræ minimè ab homi-  
num mentibus dispellerentur, magno studio laboratum est. Qui quidem illius cona-  
tus violentia & crudelitate non caruit: præsertim cum repentinum & improuisum  
plebeiorum hominum imperum, potentum consensus non solum adiuuaret, verum-  
etiam ducem importunæ eorum se præberet amentix. Quare talis vitæ ratio multis  
hominum ætatibus continuata, illis qui iisdem vixere temporibus grauissima mala  
inuexit. verum non multo post, cum Seruator magno cum splendore se hominibus  
ostendisset, iustitia post turbulentas cuiusque generis procellas apparuit, & omnia,  
quæ prædicta erant à prophetis, cumulatè expleta. Proinde vbi fuit sublimis ad patrios  
lares denuò sublatus, & orbem terrarum præclaris modestiæ & verecundiæ ornamen-  
tis illustrauerat, sacrosanctum quoddam virtutis templum æternum & immortale,  
ecclesiam dico, in terra sibi exædificauit. In quo, quæ sunt Deo, patri suo augustissimo,  
decora, quæque sibi ipsi conuenientia, piè & religiosè instituit. Sed quid postea in sano-  
rum gentilium nequitia molita est? Christi beneficia abiicere, & ecclesiam ad om-  
nium salutem constitutam labefactare studebat illa quidem: at impia seditio iterum  
excitata, bella, pugnæ, morositas, nimis exquisitus vitæ apparatus, diuitiarum amor,  
suam ipsorum euertit superstitionem: & quod maximè ad improbitatis naturam per-  
tinet, interdum fallaci & fucata spe delinuit, interdum perterrefecit metu. Verum  
sicut recta ratio postulat, iaceat illa humi à virtute profligata, & pœnitentia fracta,  
dissipataque succumbat. At nos iam ad ea, quæ ad diuinum sermonem spectant, atten-  
damus.

*Alloquitur ecclesiam, & auditores, vt agnoscant, ac emendent si quid ab eo inter  
dicendum peccatum fuerit. CAPVT II.*

**A**Vdi igitur nauclere, qui castimonix & virginitati præes: tuque ecclesia tene-  
ræ ac rudis ætatis nutrix, cui veritas curæ est, curæque est & clementia, ex cu-  
ius perenni fonte salutaris riuus delabitur. Vos etiam, qui Deum integrè  
syncereque colitis, atque illi propterea curæ estis, attentè bonaque cum ve-  
nia audite, animumque non tam ad dictionis elegantiam, quam ad eorum, quæ dicun-  
tur veritatem, non ad me dicentem, sed ad sacratissimam pietatem attendite. Verum,  
qui ex oratione fructus capi potest, cum dicentis animus non satis qui sit, exploratè  
perspectus videatur? ac fortasse magna sunt, quæ aggredior, sed amorem erga Deum  
in mente mea insitum, causam audaciæ affero. ille enim pudori meo vim facit. Qua-  
re vos, qui diuinorum mysteriorum scientia cum primis imbuti estis, mihi adiutores  
adiango: vt si quid fortè erroris in dicendo acciderit, vos me dicentem animis quo-

*Parat sibi  
attentione à  
celebritate  
Paschatis.*

*Propheta af-  
flatu diuini  
numinis Re-  
ligionem do-  
cet.*  
*Natura pro-  
pheta conso-  
nans Religio-  
nem docet.*

*Diaboli astu  
in Religionis  
distrimetum.*

*Impij poten-  
tes ac plebeij  
Sathana mi-  
nistri contra  
ecclesiam.*

*Christi ad-  
uentus eius-  
que ecclesia  
constituitur.*

*Ecclesia op-  
pugnatio per  
impios.*

*Apostrophe  
captanda be-  
neuolentia or-  
go.*

*Attentio re-  
petitur addi-  
ta vicia mo-  
dica depre-  
catione.*

Z 3

dam-

Hanc orationem ipsius esse Constantini & ab eo primò latinè scriptam & postea per interpretem in Græcum translata esse, testatur Euseb. supra ca. 32. lib. 4. de vita Constantini. vide annot. \* Vide annot. pag. 157. B. lat. 2. lin. 35. † Vide ibidem lin. 2. \* Vide ibidem lin. 3.

ibus, non si. A  
Deo funde-  
nt, & Deus  
ost mortem  
t: † & quem  
Nam adhuc  
nis appella-  
ystico sacri-  
mortem cum  
istraret, Vi-  
prouidentia  
emori, ex ci-  
ipsa fuit: sed  
dicente Deo,  
sum orbem  
no multiplex  
m liberis suis  
retineat.  
m,  
unc nostrum  
insidentem,  
it.  
ntino, qui ex  
declaratus est,  
inter eos in-  
ontrariam se-  
hostem & ini-  
præberet suæ  
quanta pietate  
stitit  
um Regem in-  
ocis & linguae  
eter ceteros ab  
a ficticium cul-  
riueret, & post-  
quando nec  
norum

CON-